



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

Urkunden.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

und vier Hufen, die anfangs der Richter hatte, in der Folge aber ebenfalls dem Wedemhose beigelegt wurden.

Dies ist der ganze Inhalt des Rudowschen Buches. Dazwischen finden sich auf mehreren Blättern denkwürdige Ereignisse, die sich in der Stadt zutragen, meistens gleichzeitig von verschiedenen Händen verzeichnet, und wovon die interessantesten am Schlusse der folgenden Urkundensammlung mitgetheilt sind.

U r k u n d e n.

I. Pabst Bonifacius VIII. incorporirt die Pfarrkirche zu Wilsnack dem Bisthum Havelberg, im Jahre 1300.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad venerandam ecclesiam havelbergensem tanquam apostolice sedis et nostram deuotissimam filiam predilectam nostri considerationis intuitum dirigentes, ac eam et sedem Episcopalem in eadem paterne dilectionis brachys constringentes ad ipsius augmentum libenter intendimus et ei apostolicarum graciaram et liberalitatis ianua in suis oportunitatibus aperiemus. Volentes igitur venerabili fratri meo Episcopo havelbergensi pro tempore existenti et eius mente Episcopali havelbergensi de alicuius subuencionis auxilio, per quod congruentius sustentari et onera sibi incumbentia supportare ac nostre beneuolentie largitatem perpetuis temporibus agnoscere ualeat, salubriter providere, ex certis rationabilibus causis ad hoc nos mouentibus, motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblate petitionis instantiam, sed do nostra mera et liberali munificentia, parrochiam ecclesiam in Wilsnack, havelbergensis dioecesis, que, ut asseritur, ad collationem ipsius Episcopi pertinet, cuius fructus, redditus et prouentus decem Marcharum argenti secundum comunem estimationem ualorem annum non excedant, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis mente predictae, cuius fructuum, reddituum et prouentuum uerum ipsius parrochialis ecclesie nunc eam obtinente cedente uel decedente aut ipsam parrochiam ecclesiam alios quomodolibet dimittente liceat eidem Episcopo pro tempore existenti possessionem parrochialis ecclesie iuriumque et pertinentiarum predictorum propria auctoritate libere apprehendere et perpetuo retinere, fructusque redditus et prouentus eorum in usus proprios et supportationem huiusmodi onerum conuertere cuiuscumque super hoc licentia minime requisita, Reseruata tamen de fructibus, redditibus et prouentibus huiusmodi ipsius parrochialis ecclesie congrua portione pro perpetuo vicario inibi instituendo, de qua congrue sustentari, onera Episcopalia soluere et alia sibi incumbentia onera comode ualeat supportare, Non obstantibus tam felicis recordationis vrbam pape VI. predecessoris nostri, quibus cauetur etc. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omni potentis dei beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Rome apud sanctum petrum, Idus Augusti, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Nach dem im Plattenburger Archive befindlichen Original mit bleierner Bulle, worauf die Bezeichnung Bonifacius papa VIII.

II. Ablassbrief des Papstes Urban für das heilige Blut zu Wilsnack, vom Jahre 1384.

Vrbanus Episcopus, Seruus seruorum Dei, Vniuersis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis, Salutem et Apostolicam benedictionem. Licet is de cuius munere venit, vt sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter seruiatur, de abundantia pietatis suae, quae merita supplicum excedit, et vota bene seruientibus multo maiora retribuat, quam valeant promereri, nihilominus tamen desiderantes Domino reddere populum acceptabilem, et bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum ei, quasi quibusdam allectiuis muneribus, Indulgentijs videlicet et remissionibus inuitamus, vt exinde reddantur diuinae gratiae aptiores. Cum itaque, sicut accepimus, parochialis Ecclesia S. Nicolai in Vuilsnack Hauelbergenfis Dioecesis, per nonnullos iniquitatis filios combusta, de nouo construatur, ad cuius consummationem, fidelium suffragia sunt plurimum oportuna. Nos cupientes dictam Ecclesiam ad debitum perducere effectum, vt postquam constructa et aedificata fuerit, congruis honoribus frequentetur, et vt Christi fideles eo libentius causa deuotionis confluant ad eandem, et ad constructionem ipsius, manus promptius porrigant adiutrices, quo ibidem vberius dono coelestis gratiae conspexerint se resectos, de omnipotentis Dei Misericordia, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius autoritate confisi, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui in Natiuitatis, Circumcisionis, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, Corporis Domini nostri Jesu Christi, Pentecostes, nec non in Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis et Assumptionis beatae Mariae virginis, Natiuitatis beati Johannis Baptistae, dictorumque Apostolorum Petri et Pauli, et ipsius Ecclesiae dedicationis festiuitatibus, et celebritate omnium Sanctorum, nec non per ipsarum Natiuitatis, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, Corporis Domini, ac Natiuitatis et Assumptionis beatae Mariae, et beati Johannis, et Apostolorum Petri et Pauli praedictarum festiuitatum Octauas, et per sex dies deinde festum Pentecostes immediate sequentes, praefatam Ecclesiam deuote visitauerint annuatim, et ad constructionem huiusmodi, manus porrexerint adiutrices, singulis videlicet festiuitatum et celebritatum vnum annum et quadraginta dies Octauarum vero, et sex dierum praedictorum diebus, quibus praedictam Ecclesiam visitauerint et porrexerint manus adiutrices, vt praefertur, centum dies de iniunctis eis poenitentijs misericorditer relaxamus praesentibus post decennium minime valituris. Datum Neapoli apud maiorem Ecclesiam Neapolitanam X. Calend. Martij, Pontificatus nostri, Anno sexto.

Nach Lüdtk.

III. Des Metropolitens zu Magdeburg und der Bischöfe zu Lebus, Brandenburg und Havelberg Ablassbrief für das heilige Blut zu Wilsnack, vom Jahre 1384.

In nomine domini amen. Albertus miseratione diuina sanctae Magdeburgensis Ecclesiae Archiepiscopus, Johannes Lubufensis Ecclesiae Episcopus, Theodericus Brandenburgensis, et Theodericus Hauelbergenfis Ecclesiarum Episcopi, Vniuersis Christi fidelibus, ad quorum noticiam praesentes nostrae literae peruenerint, Salutem in Domino sempiternam. Quoniam, vt ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi pro vt quisque in corpore suo gessit, siue bonum siue malum: Rursum, qui seminat in benedictionibus, de benedictione et iam metet vitam sempiternam: qua propter oportet nos diem messonis extremae, misericordiae operibus praenire. Attendentes manifesta et notoria miracula, quae propter violentiam et concremationem in Ecclesia parochiali Sancti Niholai villae Vuilsnak, a nonnullis filijs iniquitatis, Dei timore postposito, et omni verecundia retroiecta perpetrata, dominus noster Jesus Christus

in sui corporis Sacramentalis veritate sic dignatus est operari, quod in tribus hostijs per Rectorem dictae Ecclesiae consecratis, et ante incensionem in Ecclesia retentis, et post concremationem dictae Ecclesiae super altare in corporali in parte concremato, octauo die concremationis super altare miraculose inuentis, in qualibet hostia appareat gutta sanguinis manifesti, ac nonnulla alia miracula, quae in eodem loco omnipotens Deus dignatur operari, omnibus et singulis vere poenitentibus et contritis, dictum locum Vuilsnak, et corpus dominicum ibidem cum humilitate et deuotione visitantibus, pro quolibet passagio miliarium, quadraginta dierum Indulgentias in accedendo et recedendo, et quoties coemeterium dictae Ecclesiae circumierint similiter 40 dierum indulgentias, et quotiescumque coram dicto Sacramento corporis et sanguinis, flexis genibus orationes suas ad Deum effuderint, Nos Albertus dictae diuinae miserationis Archiepiscopus, Johannes Lubusensis, Theodoricus et Theodoricus Brandenburgensis et Havelbergenfis Ecclesiarum Episcopi, quilibet nostrum autoritate Omnipotentis Dei 40 dierum indulgentias de iniunctis eis poenitentijs in Domino misericorditer relaxamus. Caeterum vt in die corporis Christi et per Octauas eiusdem festi, Christi fideles ad visitandum dictum locum, et dictum Sacramentum et sanguinem miraculosum deuotius intuendum, stipendijs spiritualibus ad corroborationem fidei Catholicae realiter et amplius incitentur, omnibus vere poenitentibus et contritis dictum locum visitantibus, et ibidem diuina, et praecipue Missam in dicta Ecclesia audientibus, vltra indulgentias, ob speciale priuilegium dictae festiuitatis a sede Apostolica indultas, ac etiam per nos prius, vt praemittitur, concessas, dicta Dei omnipotentis gratia confisi, quadraginta dierum indulgentias de iniunctis poenitentijs misericorditer in Domino relaxamus. Datum Anno domini Millesimo, trecentesimo, octuagesimo quarto, feria tertia post dominicam tertiam in Quadragesima. Oculi mei ad dominum, nostris sub sigillis.

Nach Kütke.

IV. Ablassbrief des Kardinals Philipp von Alconio, Bischofs zu Ostia, wegen des heiligen Blutes zu Wilsnack, vom Jahre 1388.

Philippus de Alconio miseratione diuina Episcopus Ostiensis, sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, Apostolicae sedis Legatus, Vniuersi Christi fidelibus praesentes literas inspecturis, Salutem in Domino. Quoniam, vt ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi pro vt in corpore gesimus, siue bonum fuerit, siue malum, oportet nos diem messonis extremae, misericordiae operibus praeuenire, et aeternorum intuitu id seminare in terris, quod reddente Domino, cum multiplicato fructu colligere mereamur in caelis, spem firmam fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam aeternam. Cum itaque sicut accepimus, parochialis Ecclesia Sancti Nicolai in Vuilsnack Havelbergenfis dioecesis, per nonnullos iniquitatis filios combusta fuerit et ideo sit de nouo reaedificanda, ad cuius reaedificationem non suppetunt ipsius Ecclesiae et parochianorum eiusdem facultates, et sine pijs fidelium Eleemosynis reaedificari non valeat, Nos cupientes, quod Ecclesia ipsa debite reparetur et deuotis honoribus frequentetur, et vt Christi fideles eo libentius causa deuotionis ad ipsam confluant Ecclesiam, et ad huiusmodi reparationem siue nouam reaedificationem manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae vberius conspexerint se refectos, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui in Natiuitatis, Circumcisionis, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, corporis Domini nostri Jesu Christi et pentecostes, ac etiam in Natiuitatis Annunciationis, purificationis beatae Mariae virginis, Natiuitatis beati Johannis Bap-

tistae, et Apostolorum Petri et Pauli, ac dedicationis ipsius Ecclesiae festiuitatibus, et in celebritate Omnium Sanctorum, ac per ipsorum Natiuitatis, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis et Corporis domini nostri, Natiuitatisque et Assumptionis beatae Mariae, et Natiuitatis sancti Joannis, ac Apostolorum Petri et Pauli, praedictorum festiuitatum octauas, et per sex dies dictum festum pentecostes immediate sequentes, ad dictam Ecclesiam causa deuotionis et peregrinationis accesserint, et ipsam deuote visitauerint, ac ad reparationem seu reaedificationem eiusdem, manus porrexerint adiutrices, omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli praedictorum meritis et intercessione confisi, quadraginta dies de iniunctis eis poenitentijis misericorditer relaxamus. Datum Vuormatiae XVI Calend. April: Anno Domini Millesimo, trecentesimo, octuagesimo octauo, Pontificatus Sanctissimi domini nostri Urbani Papae sexti anno decimo.

Nach Lüdtkf.

V. Ablassbrief des Erzbischofs Albert von Magdeburg wegen eines dem Bischofe von Havelberg geschenkten Theiles vom Arm der heiligen Barbara, vom Jahre 1391.

In nomine Domini, Amen. Albertus Dei gratia sanctae Magdeburgensis Ecclesiae Archiepiscopus, Vniuersis sanctae matris Ecclesiae filijs, Salutem in Domino sempiternam. Cupientes populum domini et fideles quoslibet ad maiorem deuotionem incitare, et cultum diuinum ampliare, hinc est, quod ex speciali deuotione et affectu, Venerabili in Christo patri, et Domino, Domino Johanni Episcopo Ecclesiae Havelbergensis, nostro singulari dilecto dedimus quandam particulam de brachio sanctae Barbarae virginis et Martyris gloriosae, quam ob reuerentiam eiusdem virginis, idem venerabilis pater includi fecit in quodam lapide Crystallino inter manus imaginis collocato, per eundem patrem de auro et argento comparatae et in Wilsnack oblatae. Vnde omnibus vere poenitentibus, confessis et contritis, qui ante ipsam imaginem ob reuerentiam virginis antedictae flexis genibus Deum orauerint, precesque suas obtulerint, aut qui eandem imaginem osculati fuerint, totiens quotiens praemissa seu eorum aliquod fecerint, quadraginta dierum indulgentias in Domino misericorditer concedimus et praesentibus indulgemus. In cuius rei testimonium, praesentes nostras literas nostri sigilli appensione iussimus communiri. Datum Jericho Anno Domini Millesimo, trecentesimo, nonagesimo primo, feria tertia ante Simonis et Iudae Apostolorum.

Nach Lüdtkf.

VI. Ablassbrief des Bischofs Rudolph von Schwerin, wegen des heiligen Blutes zu Wilsnack, vom Jahre 1391.

In nomine Domini, amen. Rudolphus Dei et Apostolicae sedis gratia Swerinenfis Ecclesiae Episcopus, Vniuersis Christi fidelibus, ad quorum noticiam praesentes peruenerint, salutem in Domino sempiternam. Quoniam, vt ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi pro vt quisque in corpore gessit, siue bonum, siue malum: Rursum, qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam sempiternam, quapropter oportet nos diem messionis extremae, misericordiae operibus praenuenire. Attendentes manifesta et notoria miracula, quae propter violentiam et concremationem in

Ecclesia Parochiali Sancti Nicolai villae Vuilsnack a nonnullis filijs iniquitatis, Dei timore postposito et omni reuerentia retroiecta perpetrata, Dominus noster Iesus Christus in sui corporis sacramentalis unitate sic dignatus est operari, quod in tribus hostijs per Rectorem dictae Ecclesiae consecratis, et ante incensionem in Ecclesia retentis, et post concremationem dictae Ecclesiae super altare in corporali in parte concremato, octaua die concremationis super altare miraculose inuentis, in qualibet hostia appareat gutta sanguinis manifeste, et nonnulla alia miracula quae in eodem loco omnipotens Deus dignatur operari, omnibus et singulis vere poenitentibus et contritis, dictum locum Vuilsnack, et corpus dominicum ibidem cum humilitate et deuotione visitantibus, pro quolibet passagio miliari, quadraginta dierum indulgentias in accedendo et recedendo, et quoties coemeterium dictae Ecclesiae circumierint, quadraginta dierum Indulgentias, et quotiescunque coram dicto Sacramento corporis et sanguinis flexis genibus orationes suas ad Deum effuderint, autoritate omnipotentis Dei, quadraginta dierum indulgentias de iniunctis eis poenitentibus in Domino misericorditer relaxamus. Caeterum, vt in die corporis Christi, et per octauas eiusdem festi, Christi fideles ad visitandum dictum locum, et dictum sacramentum, et sanguinem miraculosum deuotius intuemum, stipendijs spiritualibus ad corroborationem fidei Catholicae realiter et amplius incitentur, omnibus vere poenitentibus et contritis, dictum locum visitantibus, et ibidem diuina, et praecipue Missam in dicta Ecclesia audientibus, vltra indulgentias ob speciale priuilegium dictae festiuitatis a sede Apostolica indultas, ac etiam per nos praesentibus, vt praemittitur, concessas, dicta Dei omnipotentis gratia confisi, quadraginta dierum indulgentias de iniunctis poenitentibus misericorditer in Domino relaxamus. Datum, Anno Domini Millesimo, trecentesimo, nonagesimo primo, Dominica tertia quadragesimae qua cantatur Oculi mei, nostro maiori sub sigillo.

Nach Lüdtke.

VII. Anordnung des Bischofes Johann von Havelberg, wie es mit dem Erlöse von den zu Wilsnack ausgegebenen Blei-Zeichen gehalten werden solle, vom Jahre 1396.

In nomine Domini Amen. Nos Johannes Dei gratia Episcopus Havelbergensis. Ad vniuersorum et singulorum deducimus noticiam, tenore praesentium publice recognoscetes, quod ad aeternae retributionis meritum omnes et singulos peregrinantium in Vuilsnack signorum prouentus pro structuris et aedificijs Ecclesiae nostrae pie donauimus, deputauimus et praesentibus assignamus in hunc modum. Ita, quod praelibati prouentus in tres aequales diuidantur partes, quarum vna pro nostris nostrorumque Successorum aedificijs referuetur: Secunda pro Praepositi et Capituli, tertia vero pro monasterij nostri duntaxat structura, nec non ornamentorum tam Sacerdotalium, quam aliorum ac librorum inibi necessarium comparatione ac conseruatione conuerti debeat et in totum coaptari. Volumus insuper et ordinamus, quod praenarrati signorum prouentus congregentur, dispenentur et custodiantur isto modo, Quod structurarius, quem pro monasterij nostri structura et alijs praenarratis de consensu Praepositi, Prioris et capituli nostri elegerimus, vna cum nostro in Vuilsnack deputato seu deputando de comparatione et venditione, signorum eorundem curam habeant, de pecunia communi singula ordinando, et cum ex his notabilis collecta fuerit summa, ambo Vuilsnack conueniant, summam ipsam ad quandam arcam inibi sitam, duabus feris diuersis munitam, de qua noster deputatus vnam clauem, structurarius aliam habebunt, fideliter deponendo summam ipsam vni libro, qui in ipsa arca includi debeat, diemque depositionis et horam, et si quid pro signorum comparatione de ipsa receperint notando, vt de his tempore suo dare valeant

rationem. Et vt praefati signorum prouentus, quotiens expediat, diuidantur, Ordinauimus, vt Praepositus, Prior et duo de Capitulo cum structuario seniores, ac nostri successorumque nostrorum deputati Vuilsnack conueniant, prouentus ipsos trifarie diuidendo, de qua nostri deputati pro nostris, nostrorumque successorum aedificijs vnam capient partem, aliam vero Praepositus in quantum administrator bonorum Capituli percipiet partem, cum qua sua et Capituli aedificia iuxta Prioris et duorum de Capitulo seniorum consensu et consilio reformet, construat, et ipsa conferuet in esse: Structuarius vero pro structuris monasterij, vt praemissum est, tertiam tollet partem, quam cum eisdem Praeposito, Priore et duobus de Capitulo senioribus, ac nostris deputatis Huelbergam deferat, ipsamque ad arcam ibidem ad hoc ordinatam, et securiori loco collocatam, tribusque seris dissimilibus firmatam, de qua nos vnam clauem, Praepositus aliam, et Capitulum tertiam habere debeamus, in ante dictorum praepositi, Prioris et duorum seniorum, ac nostrorum deputatorum praesentia, sub custodia ponat quam fidei. Cum autem structurarius ad sui officij executionem, secundum nostri, nostrorumque successorum, nec non Praepositi, Prioris et Capituli bene placitum et voluntatem, vt Praemissum est, faciendam, pecunijs indigerit, extunc prouentibus de iisdem in ante dictorum Praepositi, Prioris et duorum seniorum ac nostrorum deputatorum praesentia pecuniarum iuxta sui indigentiam tollet summas, quas libro, qui in dicta arca debeat conferuari, subito conferibat, vt de perceptis et expositis cum requisitus fuerit, eorum nobis, nostrisque successoribus, nec non Praeposito, Priore et Capitulo debitam praestare valeat rationem. Si vero, quod absit, Praepositus, Prior et capitulum, dictam nostram Ordinationem infringere vel violare praesumerent, quouis modo, aut ipsam recusarent obseruare, extunc nos, nostrique successores omnes et singulos signorum prouentus percipiemus, ipsos pro structuris dictae nostrae Ecclesiae, modo quo praemissimus, conuertendo, quousque Praepositus, Prior et Capitulum praesentem nostram ordinationem in singulis suis claufulis reassumpserint obseruare, et haec totiens fiant, quotiens fuerit opportunum. Datum Wiftock, Anno Domini Millesimo, trecentesimo, nonagesimo sexto, ipso die beati Stephani Protomartyris gloriosi, nostro sigillo praesentibus sub appenso.

Nach Lüdtkf.

VIII. Pabst Bonifaz IX. verbietet den Aufenthalt gebannter Personen in Wilsnack, im Jahre 1397.

Bonifacius Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Humilibus et honestis supplicum votis, illis praesertim, quae diuini cultus augmentum, et animarum salutem concernunt, libenter annuimus, illaque quantum cum Deo possumus, fauoribus prosequimur opportunis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum, Proconsulum, Consulium et Vniuersitatis oppidi Wilsnack Huelbergenfis dioecesis petitio continebat, quod saepe contingit oppidum ipsum, pro eo quod nonnulli Barones, milites, armigeri et alij Nobiles, ac etiam populares ipsarum partium, varijs de causis excommunicationum sententijs innodati, et quibus ingressus Ecclesiae existit interdictus, ad oppidum ipsum pro treugis faciendis, aut alijs negotijs eorum expediendis seu tractandis declinantes inibi moram faciunt, seu lares fouent, Ecclesiastico supponi Interdicto, et quandoque propter aduentum et moram excommunicatorum ipsorum huiusmodi excommunicationum sententias induratis animis sustinentium, dilectos filios, Clericum dicti oppidi per plures dies aut menses post huiusmodi excommunicatorum et interdictorum ab eodem oppido recessum, pro vt ex forma prouincialium aut Synodaliu constitutionum vel processuum,

super literis Apostolicis habitorum, quarum seu quorum vigore huiusmodi Barones, milites, armigeri, nobiles vel populares excommunicati et interdicti existunt, alias legitime, praeter tamen culpam dictorum Proconsulum, Consulium et Vniuersitatis cessare oportet a diuinis, propter quod diuinus cultus et fidelium deuotio diminuitur ibidem in animarum periculum et scandalum plurimorum. Quare pro parte Proconsulum, Consulium et Vniuersitatis praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut prouidere ipsis super praemissis de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui diuinum cultum augeri, et deuotionem populi conseruare, ac animarum periculis obuiare intensis desiderijs affectamus, huiusmodi supplicationibus inclinati, Praefatis, Clero, ut si huiusmodi excommunicati et interdicti, ob praemissas aut alias causas casualiter ad dictum oppidum accesserint, vel ibidem aliquam moram traxerint, seu inibi lares fouerint, dummodo Proconsules Consules et Vniuersitas praedicti, illos exinde expellant, aut ipsi excommunicati et interdicti abinde sponte recefferint, postquam ab oppido ipso recefferint iisdem, Clerus in eorum Ecclesijs et Capellis oppidi praedicti in ipsorum proconsulum, consulum et vniuersitatis ac singularum personarum eiusdem oppidi praesentia, Missas et alia diuina officia (excommunicatis et interdictis tamen exclusis) per se celebrare etiam publice, solenniter et alta voce, pulsatis campanis et ianuis apertis, ac eis et eorum cuiuslibet, Eucharistiae et alia Ecclesiastica Sacramenta ministrare, et corpora mortuorum in eorum Coemeterijs sepelire, seu alios Sacerdotes idoneos diuina celebrari et Sacramenta ministrari, ac corpora huiusmodi sepeliri facere, libere et licite possint: dum tamen oppidum ipsum specialiter Ecclesiastico non fuerit suppositum interdicto, et ipsi, Clerus, Proconsules Consules et Vniuersitas causam non dederint huiusmodi interdicto, nec eis contigerit specialiter interdicti, de speciali gratia tenore praesentium indulgentum, Apostolicis, nec non Synodalibus et prouincialibus constitutionibus, et alijs contrarijs non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datae Romae apud S. Petrum 18. Calend. Februar Pontificatus nostri Anno octauo.

Nach Lüdtke.

IX. Der Bischof Otto zu Havelberg gestattet der Stadt Wilsnack auf dem Markte ein Kaufhaus zu bauen und befreit dieselbe von allen desfallsigen Abgaben, im Jahre 1424.

Wi Otto, von godes gnaden Biscop tu havelberge, bekennen openbar vor allen guden Cristen luden, dat wi vnser liuen getruwen underfaten, Ratmannen vnde der Meinheit tu wilsnack gegunt hebben vnde gunnen mit craft deses briues, dat se mogen buwen eyn koophus vppen markede vrige vnde sunder iennigerleye Rente tu besittende. Vnde weret dat vnse voruaren Bilscope tu havelberge, den got genade, edder anders wye in vnser gadeshuse, in vorthiden vppe der Stede iennige Rente edder tinsse gehat hedden vnde de an vns na eren dode gekamen weren, folker Rente vnde pleghe vordrage wi en dorch vnser Stadt heteringe vnd vorlaten se tu ewigen thiden. Ok wille wi edder vnse nakomelinge se an deffer vriheit vordegedingen alle wege vnde eyn recht were wesen. Tuge deffer dingk sin: her Johan Sabel, prauet tu Ruppin vnde vorstender des hilgen bludes, heyne honeste, thie schroder, hans wise, Clawes kremer, Bakhus vnde Sadenbeke vnde meer vramer lude. Des tu tuge hebbe wi her Otto Biscop vorcreuen vnse secret laten hengen an deffen Bress, de gecreuen is na

christi gebort vierteinhundert iar darna in deme veer vnde twintigsten iare in Sunte mertens daghe des hilgen Biscopes.

Nach dem Original.

X. Statut und Gewerbsprivilegium der Schumacher zu Wilsnack, von den Jahren 1433 und 1440.

Wy Borgemeister vnde Ratmanne der Stadt Wilsnacke bekennen in duffzenn vorzegeltden breue, dath wy vann bede haluenn der Schomaker vunde vmmе beteringhe vnnfzer Stadt hebben sze hyryme bestediget: Tho deme irsten, effte eyn were, de defz werkes bogherde yn vnnfer Stadt, de schal myt vnfz irsth arbeitenn vund szukenn dath werck to dem rechten effte morgenspraken; vnd to der irsten morgensprake schal he gheuen III. ft. mark, ok koll vnde speck vunde III. lauelyke richte; dar schalen mede auer wезen II. vthme Rade; die ander schal gelike wезen der irsten morgensprake; Tho der drudden schal he geuen I. sten. mark vunde wезen nogafftich myt synen breue; ok schal he vorwissen VII. punth wasses deme werke to geuende vp eyne boscheiden tydt: vund schal geuen VI. richte, die vnstraflick synt, funder kol vunde speck, I. tunne wytcher berfz. Vor de schowel scho, he make sze edder nycht, gyfte I tunnen berfz: dar schol mede wезen de gantze rade myth, myth oren dynen, vund de gemeyne gilde myt oren huffrowen. Wen dyt alle geseheен iz, szo schal hie die gildebroyder vorenн yn denn Stauenn vunde vth, vund plegen en alz dath wanlik iz yn allenn sterdenn. Dyt ist gefzettet na der borth Christi duffzenn vyrhunderth darnha yn deme XXXIII. yare defz fundages vor alle gadefz hylgen.

Wy Burgemeister vund radmanne der stad wilsnacke bekennen van wegen der Schomeker, dat Hanfz Lambrecht heft tor irstenn morgensprake gegeuen II. sten. sz. to ber vnde speck vnde kol, vunde I. louelick richte, Darna to der ander sprake III. lauelike richte ane speck vund kol vunde I. wytcher ferdel beyris vund III. punth wasses vund eynn sten. punth geldefz, vunde den meyster sehil- linck. Dyt iz gefchenn na gadefz gborth Duffzenth III. hundert ymme XL^o. Jare defz dynidages na Joannis Baptistenn. Szo nym de radt denn verlinck, VIIIden, iz de gylde, ofte hyrnamentals eynez borges kynt ok de gilde bogerde, de schal defz gelykenn szo na doen.

Nach dem Original.

XI. Bischof Conrad von Havelberg bestätigt einen Rentenkauf, im Jahre 1444.

Wy Conrad van gades gnaden Bischof to Havelberghe Bekennen vor altweme, dy dessen vnfen briff seen, horen edder lezen, Dat her iohan westual, prister, vicarius vnfer kerken tor wilsnack, ghekoft heft vns vnde vnfen nakomelingen to guder hant van den duchtighen knapen Cone vnd Werner, Brudere gheheiten Nienkerken, wanaftich to nigenkerke, Agker ghenumet dy Jnlaghe, Beleggen vp der veltmarke abbendorpe, Dy de rentet alle iar druttich schepel hauern, Dar hy vor ghegheuen heft synes eyghen gheldes vesteyn mark Stendels den vorbenumeden Cone vnde Wernere nigenkerken. Des vorbenumeden akkers edder des XXX schepel hauern wil vnd schal dy vorbenomede her johan, vnd jo-

han westual fynes bruder sone, bruken dywile sy leuen. Na erer twiger dode schole wi dat leggen to fyne altare in vnser kerken tor Wilfnak. Worde ok van den vpgnanten Nienkerken vns dy akker der Inlaghe affghelozen, So schole wy edder vnse nakomelinge dy vesteyn mark wedder anleggen den vorbenomeden her johan vnd johan fynes bruder sone to guder hant. Wes denne dy XV mark renten, des scholen sy sich bruken na alse vor, dywile dat sy leuen. Des to vorder bekantnisse vnd tughe hebbe wi vnse secret laten hangen an dessen vnfen apen breue. Screuen nach christi ghehort virteynhundert iar dar na in deme vir vnde virstichsten iare Des donredaghes na symonis vnde Jude hilgher apostol daghe.

Nach dem Original.

XII. Schreiben Heinrichs Tocke an den Erzbischof Friedrich von Magdeburg zu seiner Rechtfertigung gegen den Churfürsten Friedrich von Brandenburg, vom Jahre 1446.

Trüwen odmodigen denst met innigem gebede thō Gade, Ehrwerdigeste in Gott Vater, Gnedige leue Herr, juwen Breff, in dem de Jrluchtede Hochgebarne Forste Frederick Maggreue to Brandenburg auer mi bitterliken klaget, doch sunder mine schuldt, an mi gefand, hebbe ich wol gemercket. Were he recht vnderwieset, wo he dat lichte node dacht hedde, Gott mote eme barmhertigliken vorgeuen den merckliken oueruanck, den he an mi daran döeth, to scheldene enen vnschuldigen vnuorhoret recht, efft de faken war syn, vnd ick daran vorwonnen sy.

He klaget to dem ersten, dat ick nemliken met miuer selschap finen Forstendom vtmale vor andere, vnd de Kercke to Haulberg vnd de werdige Stedte to der Wilfnagk vnde dat hillige Sacrament dasüluest antaste etc. Js iw gnedige Herr gar wol willick vnnnd velen anderen Framen lüden, wat dar wares an is. Jek hebbe iw vnd anderen Herren guden Lüden Geistlickes standes klaget auer femelike versünnisse vnde vnredlicheit, de to der Wilfnagk sichen, vnde secht vnde prediket werden, vnde hebbe beden, dat me dat vorhorde, oft dat so sy, alse von Göttliken wifen Lüden ein ruchte is, were dat also, dat me dat beterde na Christliker wise vnde rechte, weret auer nicht also, dat wi dat alle loueden vnde eindrechtigliken beschermeden, dat is nicht wedder jennigen guden Christen Minschen, Forstendom oder Kercken, dassülue hebbe ick odmodigliken klaget vorbenomden Forsten Herr Friderike an iuwer Kereken to Megdeburg, det nu an dem Sommer weren twe Jar, an enem Vridage der hilligen Merteler Timothei et Symphoriani, do he was an dem Wege to dem Romischen Konning to Nurenberge, vnde badt ene, dat he de fake to ener vorhoringe bestellen wolde, schege dat nicht, so hapede ick, se weren leuendig tod, de des nicht lenger wolten verschwigen.

Darna beidede ick noch lengk wen ein Jar, do ick auer enkede merkede, dat alle bede, odmodikeit vnde sachtmodikeit nicht dar to helpen mochte, do klagde ick dat forder an rechter formen, alse sikk dat borde.

Hier vt is wol to merckende, dat de vorbenömede Forste mi vngütliken beschrift vnd beklaget, dat ick nenen dach wolde dat stan laten, sedder dat sin bodeschap bi iw was vnde vor iuwen Capittel. Jek hebbe dat lengk wen drüttich Jar bestan laten vnd hebbe noch ne den Leien dauan geprediket, dat ick doch mochte met redlicheit dan hebben, auer ick hebbe daran schonet der Kercken to Haulberg vnd hapede jo dat van Hemeliker fründliker vormaninge de Materie scholde kappen to rechte, des me mi nu gar öuel dancket. Jch hebbe ock Hemeliken auer dren Jaren vormanet den Bi-

schop von Huelberg, den Bischof von Brandenburg vnde den Prawest van Huelberg, vnde nun dat alle nicht hulpen hefft, is leider do mehr vnde mehr vnfoges schein vnde dagelikes schut to der Willnagk, dat Gade klaget fy. Nu Schrift noch de vorbenomede Forste, biddende iw, dat gi nicht willen vorhengen mi in den saken sinem Forstendom vnd Kercken to vormerckende.

Leue Herre, iuwe gnade wet woll, dat gi nenen Prediker edder Lerer der hilligen Schrift Scholen vorbeden de warheit to sprekende, Sünde to straffende nach rechter wise met aller guden vmbfendicheit, Wente de Allmechtige Gott bit vns: Clama ne cesses etc. dat is, Rüp vnd latt nicht aff vnd vorkündige minem Volcke ere Sünde vnd Missdat. Min gnedige Here, de vorchreuene Margreue scholde mogeliken de Heiten schwigen, de nicht afflaten an sinem Lande vele vnfogeliker rede vnde vnware spröke to legende, schedeliken an dat Volck, der vele vor mi kamen is, vnd ick doch dat gerne vnde duldig lide vmb Gades willen, vnde twieuele dar nicht an, de warheit schäle bliuen vnde winnen. Ock schrift de ergenomede Forste, dat ick mochte ein für scharren vnde anfangen, dat ick nicht wol kondte leschen: Jw is woll witlick, dat ick auer vele Jar her, vele böser für hebbe helpen vtloschen, alse dat Düuelsche für, dat de Perner van wardenbarch an iuwen Stifte auer achtein Jar entfenghet hadde, do he dat hillige Sacrament felschet hadde in dem pasken dage met sinem vnreinen Blode, des he bekande apenbar, vnd vele Jar darüm fangen sat in dem tarne to Kalue, bet de hilligen broken wart. It is ock der gantzen Kercken wol witlick, wat ick halp to leschende dat Bömische Für vnde Ketterie. Ock stund vp en Für enes, de fines Names nicht wolde bekennen, de enen Tractat sende de sick anheuet: Scienti et non facienti etc. dar vele houardiger, vnnütter vnd schedeliker Artikel an ftan, wedder de hillige Kercke vnde reitzede de Leien wedder de Papen, vnde sündelick wedder de Kercken to Megedeborg, we den man kende vnde beschermede, werlikem de stunde mogeliken woll to vordenckende, wolde auer we gerne weten, we de were, so mochte me lichtliken van dem ruchte vp de warheit kamen, we auer de warheit nicht wil vtfragen vnde weten, dat is lick alse de de vnwarheit beschermet. Vele andere Artikel ftan an dem breue des velebenomeden Forsten, de iuwer gnaden boret tho voranthworden, wente he öuel vnderwifet is, wolde Gott, dat he wolde horen de warheit, vppe dat he wuste, we de sin, de sinem Forstendom öuele vtmalen, vnd sine Perfon daran nicht ehren. Mi were wol klagens not auer femeliken de sin an des Forsten rade, auer mi darff he nicht klagen, Wente ick süke fines Forstendoms Ehre, finer Seelen feligkeit vnde der gantzen Christenheit, de van deffer saken weten vnde spreken.

Hirümme gnedige leue Herre bidde ick vnde rade, dat gy dese sake to der Willnagk, de gy wisliken hebben angehauen, vollenbringen vp enen guden ende, Wente dat niemand mer to hört negest dem Romischen Paweste, wente jw, wille gy auer, dat ick iw nicht to löue, dauan laten, so weset wisse de Hellen grund to besittende to ewigen tiden, dar iw de Allmechtige Gott vor beware, deme ick iuwe werdige Perfon met innigem gebede alle tidt beuele, Amen. Bedet auer mi, alse auer iuwen minnesten dener, Schreuen to Megdeborg des ersten Sondages an dem Aduente vnder minem Jngesegel Anno Domini 1446.

Juwer Gnaden dener,
Heinrick Tocke.

Nach Lübtke.

XIII. Ablassbrief des Pabstes Eugen für das heilige Blut zu Wilsnack, vom Churfürsten Friedrich veranstaltet, im Jahre 1446.

Eugenius Episcopus, Seruus seruorum Dei. Vniuersis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis, Salutem et Apostolicam benedictionem. Quamuis de cunctis orbis Ecclesijs, et ipsarum conseruatione, prout ex debito iniuncti pastoralis officij tenemur, solícite cogitemus: tamen ad Parochialem Ecclesiam loci Wilsnack Huelbergenfis dioecesis, tanto singularius afficimur, quanto ipsam in illis partibus excellentiore, propter sacratissimum corpus Domini nostri Jesu Christi in carnem miraculose transformatum inibi reconditum a Christi fidelibus maiori ueneratione et deuotionis frequentatione nouimus honorari. Vnde fideles ipsos quibusdam alliciendo muneribus, Indulgentijs uidelicet et peccatorum remissionibus paterna clementia inuitamus, vt dicta Ecclesia ab eisdem fidelibus maioris deuotionis frequentatione ueneretur, etiam ad debitum diuinae Maieftatis honorem, de cuius dulcedine aegris medicina, languentibus solamen, ac reis culpa remedium, et cunctis ipsius patrocinijs implorantibus, misericordiae riuius noscitur emanare. Cum itaque sicut accepimus dudum sexaginta annis et ultra iam decursis, in praedicta Ecclesia per nonnullos sacrilegos et uolentos incendiarios tunc penitus ignis voragine consumpta, tres paruae hostiae consecratae, quae pro infirmis conseruabantur, in quodam corporali pro parte combusto, repertae fuerint sanguine resperfae, non sine magna etiam tunc uiuentium fidelium admiratione, et ob transformationem huiusmodi tot miracula in dicta Ecclesia operatus sit omnipotens Deus, vt diuae memoriae Carolvs Imperator, tunc in humanis agens, nec non Franciae, Angliae et Bohemiae reges, alijque duces et principes seculares, nec non aliae literatae et insignes personae in numero copioso ad dictam Ecclesiam deuotionis causa confluerint, et quam plures eorum affirmauerint, etiam medio iuramento, se in eorum infirmitatibus omni humano desituti subsidio, ad inuocationem diuini nominis offerentes, se praedictam Ecclesiam ob uenerationem Sacramenti huiusmodi deuote uisituros, suarum petitionum celerem fuisse consecutos effectum, ac tunc Archiepiscopus Magdeburgensis loci Metropolitae, et Episcopus Huelbergenfis cum multis alijs Episcopis rei tam praeclarae et mirabili contradicere non uolentes, illam approbauerint, et ipsam Ecclesiam uisitantibus diuersas et plures Indulgentias concefferint, sicque tam Episcoporum loci et nobilium quam populorum ad eandem Ecclesiam confluentium donationibus et oblationibus praefata Ecclesia solenniter reaedificata, cultusque diuinus copiose inibi restauratus fuerit, propter quae, vt uerisimiliter creditur, diuina beneficia usque ad hodiernum diem in praefata Ecclesia indefinenter exuberant, ad Dei laudem et fidelium salutem, ac fidei Catholicae in partibus illis approbationem: Nos, dilecti filij Nobilis uiri *FridERICI* Marchionis Brandenburgensis, Sacri Romani Imperij Archicamerarij, sub cuius temporali dominio, sicut accepimus, praefatus locus, consistit, quique ad eandem Ecclesiam singularem gerit deuotionis affectum, nobis super hoc humiliter supplicantis, in hac parte supplicationibus inclinati, ac praemissorum consideratione, cupientes vt Ecclesia ipsa in suis structuris et aedificijs conseruetur, ac in illa laudes solennes altissimo iugiter exoluantur, et vt fideles ipsi eo libentius causa deuotionis confluant ad eandem, nec non ad conseruationem illius, manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae conspexerint se resectos, omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius autoritate confisi, omnibus uere poenitentibus et confessis, qui in Natiuitatis, Circumcisionis, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, et corporis Domini nostri Jesu Christi, ac Pentecostes: nec non Annunciationis, Purificationis, Assumptionis et uisitationis beatae Mariae uirginis, ac Natiuitatis Sancti Johannis Bapstistae, nec non Petri et Pauli praedictorum, ac in Sancti Bartholomaei festiuitatibus, et in celebritate omnium Sanctorum ac per ipsarum Natiuitatis, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis et corporis domini, ac Annunciationis, Puri-

ficationis, Assumptionis et Natiuitatis beatæ Mariæ virginis, nec non Natiuitatis beati Johannis, ac Apostolorum Petri et Pauli, ac sancti Bartholomæi prædictorum, festiuitatum Octauas, et per sex dies dictum festum pentecostes immediate sequentes prædictam Ecclesiam deuote uisitauerint annuatim, et ad conseruationem huiusmodi, manus porrexerint adiutrices, in sancti Bartholomæi uidelicet, septem annos et totidem quadragenas, In singulis uero aliarum festiuitatum et celebratis prædictarum, quatuor annos et totidem quadragenas, Octauarum uero et sex dierum prædictorum diebus, quibus Ecclesiam ipsam uisitauerint, manusque adiutrices porrexerint, ut præfertur, centum dies de iniunctis eis poenitentibus misericorditer relaxamus. Et nihilominus, ut fideles ipsi indulgentias huiusmodi uerius et salubrius consequi valeant, ac illæ eis amplius fiant profuturæ, Rectori pro tempore existenti, ac duobus idoneis Capellanis secularibus eiusdem Ecclesiæ ad id per ipsum Rectorem pro tempore deputandis, omnium et singulorum ad dictam Ecclesiam consequendis pro indulgentibus quocumque et uidecunq̄ conuentum, autoritate Apostolica confessiones audiendi, illisque auditis, pro commissis, nisi talia fuerint propter quæ sedes prædicta merito fuerit consulenda, antedictam absolutionem impendendi et iniungendi poenitentiam salutarem, plenam et liberam licentiam concedimus, pariter et facultatem præsentibus, perpetuis futuris temporibus ualituris. Volumus autem, quod si alias prædictam Ecclesiam uisitantibus et ad conseruationem huiusmodi, manus adiutrices porrigentibus, aut inibi pias Eleemosynas erogantibus, seu alias aliqua alia indulgentia in perpetuum, uel ad certum tempus nondum elapsum duratura, per nos concessa fuerit, illa sic concessa, ex nunc duntaxat nullius sit roboris uel momenti. Datae Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ, Millesimo, quadringentesimo, quadragesimo sexto, quarto Non: Januar: Pontificatus nostri anno sextodecimo.

Nach Rüdike.

XIV. Des Pabstes Eugen Befehl über die blutigen Hostien zu Wilsnack eine consecrirte Hostie zu legen, vom Jahre 1446.

Eugenius Episcopus, Seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus Huelberg: et Lubecens. Episcopis, Salutem et Apostolicam benedictionem. Decet Romanum pontificem pijs supplicum uotis libenter annuere, et Apostolicum fauorem liberaliter impertiri. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filij Nobilis uiri Friderici Marchionis Brandenburgensis petitio continebat, quod cum dudum sexaginta annis decursis et ultra, in parochiali Ecclesia loci de Wilsnack Huelbergenensis dioecesis per nonnullos sacrilegos et uolentos incendiarios tunc ignis voragine penitus consumpta, tres paruæ hostiæ, consecratae, quæ pro infirmis referuabantur, in quodam corporali pro parte combusto, non sine magna etiam tunc uiuentium fidelium admiratione, repertæ fuissent sanguine resperstæ, ob transformationem huiusmodi, tot miracula in dicta Ecclesia operatus est omnipotens Deus, ut claræ memoriæ Carolus imperator tunc in humanis agens, nec non Franciæ, Angliæ, et Bohemiæ reges, ac alij duces principes seculares, nec non literatæ et insignes personæ in numero copioso ad eandem Ecclesiam deuotionis causa confluxerint, et quam plures ex eis affirmarent etiam medio iuramento, se in ipsorum infirmitatibus omni humano destituti auxilio, ad inuocationem diuini nominis offerentes, se prædictam Ecclesiam ob uenerationem Sacramenti huiusmodi deuote uisituros, suarum petitionum celerem fuisse consecutos effectum, et propterea Christi fidelium multitudo de diuersis partibus deuotionis causa ad præfatam Ecclesiam diem seu pluribus anni diebus etiam confluxerint, ac confluunt de præfenti. Et sicut eadem petitio subiungebat, si hostiæ transformatæ prædictæ singulis diebus quibuslibet ipsam Ecclesiam uisitan-

tibus ostendi deberent, et ostenderentur, ex frequentatis huiusmodi ostensionibus possent, forsan praedictae hostiae in earum qualitatibus alterari, vel si non ostenderentur, fidelium deuotio forsan cessaret. Quare pro parte eiusdem Marchionis afferentis praedictum locum eius temporali dominio subesse, nobis fuit humiliter supplicatum, vt super his oportune prouidere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus vobis expediens videatur, quo ad infra scripta concessio fiat, super quo conscientias vestras oneramus, Rectori dictae Ecclesiae qui est et pro tempore erit, quod vnā aliam hostiam consecratam apud ipsas hostias transformatas ponere, sicque positam, prout visum fuerit, renouare, et fidelibus praedictis singulis anni diebus ostendere libere licite possit ac valeat, auctoritate nostra concedatis. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrarijs quibuscunque. Datae Romae apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicae Millesimo, quadringentesimo, quadragesimo sexto, Non. Febr. Pontificatus nostri anno sexto decimo.

Nach Lüdtkf.

XV. Ablassbrief des Pabstes Nilolaus für das heilige Blut zu Wilsnack,
vom Jahre 1447.

Nicolaus Episcopus, Seruus seruorum Dei. Vniuersis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis, salutem et Apostolicam benedictionem. Sacratissimum corpus Domini nostri Jesu Christi, qui suae passionis horam contingens, carnem in cibum et sanguinem eius in poculum exhibuit populo Christiano, decet Christi fideles pro deuotionis reminiscencia venerari, panem caelestem quo nos spiritualiter reficit, veluti nostrae qua regredimur peregrinationis viaticum deuotis mentibus exorare. Cum itaque, sicut accepimus ad Parochialem Ecclesiam in Wilsnack Hauelberg, dioecesis, in qua, prout pie creditur euentissimis miraculorum indicijs tres hostiae transformatae conseruari firmantur, magna de diuersis mundi partibus singularis causa deuotionis confluere fidelium eorundem consueuerit multitudo, Nos intimis gestientes affectibus, vt ipsa deuotio feruentius vigeat et augeatur, ac iugis de miraculis et transformatione huiusmodi posteris memoria resultet, quod apud hostias praedictas, siue locum, quo condecenter illas reponi contigerit, quotiens Rectori dictae Ecclesiae pro tempore existenti videbitur, alia consecrata hostia in vase vel Crystallo congruenti poni, nec non fidelibus praefatis ad maiorem eorum compunctionem ostendi valeat, serie praesentium indulgemus, et vt Ecclesia congruis per amplius frequentetur honoribus atque conseruetur, nec non fideles ipsi libentius eo confluant ad eandem, et ad conseruationem huiusmodi promptius manus porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae conspexerint vberius se refectos, omnipotentis Dei misericordia, beatorumque Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus et confessis qui in festiuitate sacratissimi corporis praedicti Ecclesiam deuote visitauerint annuatim, et ad conseruationem huiusmodi, nec non ipsius fabricam Ecclesiae manus adiutrices porrexerint, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis poenitentijs misericorditer relaxamus, praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, quod si alias visitantibus Ecclesiam, aut ad conseruationem seu fabricam huiusmodi manus porrigentibus adiutrices, vel alias inibi pias Eleemosinas erogantibus seu alias aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapsum duratura, per nos concessa fuerit, ipsae praesentes literae nullius existant ro-

boris vel momenti. Datae Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis dominicae Millesimo, quadringentesimo, quadagesimo septimo, quarto Jd. Septemb. Pontificatus nostri Anno primo.

Nach Lüdke.

XVI. Bischof Arnold von Lübeck verwendet sich für die Abschaffung der Verehrung des heiligen Blutes auf Befehl des Papstes Nicolaus V., im Jahre 1450.

Obsequiosam in singulis complacendi voluntatem Reuerende in Christo pater, fautor et amice singularis, Accepimus nouissime cum ea, qua decuit Reuerentia, Sanctissimi Domini nostri Papae Nicolai V. scripta atque mandata, in quibus narratur, Sanctitati suae a nonnullis magnae autoritatis viris significatum fuisse, intolerabiles cotidie committi errores atque populi deceptiones in Vuilshaco, vestrae dioecesis oppido, vbi Clerici Ecclesiae illius tres affirmant conseruari Hostias, cruore miraculoso asperfas, in quibus tamen hostijs alij referunt nullum vnquam fuisse miraculum, nec cruorem miraculosum, et circa hoc erroris grandis principium multiplices alij erroris dietim, vt suae Sanctitati relatum esse testatur, ibidem frequentantur. Committens nobis atque mandans, vt vocatis Reuerendissimo Domino Archiepiscopo Magdeburgensi, vestra paternitate, atque Illustri Domino Friderico Marchione Brandenburgensi, ab initio huius rei nos diligenter informemus, et omnia fideliter examinemus, atque suam Sanctitatem super praemissis et singulis ea concernentibus, non differamus reddere certiozem. Ea propter desideriose affectamus, hortamur in Domino atque obnixè in vera charitate deprecamur, vt vos ipsi rem ipsam, in Dei timore, et recta conscientia iudicetis, atque consilij adhibitis, et maturis informationibus praefati Domini Magdeburgensis Metropolitanì vestri, prudenter errores talismodi tollatis, ac sagacitate propria taliter reformetis, vt vos et nos, atque dicti principes a laboribus ex expensis prolixioribus, iuste simus excusati, cum fas non erit nobis summi Pontificis mandata negligenter praeterire, conuenientioreque vobis, et Ecclesiae vestrae atque eidem Sanctissimo Domino nostro, longe arbitramur gratiosorem eam reformationem in praemissis, quae a beneuola atque spontanea processerit voluntate. Non etiam ambigimus, quin Domino Deo acceptissimum praestabitis obsequium, Si fideliter se exhibuerit Dominatio vestra in praemissis. Altissimus conseruet e. u. p. in votiui successus prosperitate feliciter et longaeue. Ex castro nostro Vthin. XII. die Septembris nostro sub secrete Anno M. CCCC. Lmo. Responsum vestrum benignum, si consilij super praemissis placeat aequiescere Metropolitanì vestri, nobis petimus rescribi nuncium per praesentem.

Arnoldus Dei et Apostolicae sedis gratia Episcopus Lubecensis.

Nach Lüdke.

XVII. Erzbischof Friedrich von Magdeburg publicirt das Verbot des Cardinal-Legaten Nicolaus von Cusa in Bezug auf die Verehrung des heiligen Blutes, im Jahre 1452.

Vniuersis et singulis Christi fidelibus, per prouinciam nostram Magdeburgensem, et praesertim per Dioeceses Havelbergens. et Halberstadens. vbilibet constitutis, ad quos praesentes nostrae literae peruenierint, Fridericus Dei gratia sanctae Magdeburgensis Ecclesiae Archiepiscopus, Primas Germaniae,

Executor ad infra scripta a Reuerendissimo in Christo patre et domino, domino Nicolao tituli Sancti Petri ad vincula, sacrosanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali, Apostolicae sedis per Alemanniam Legato, per prouinciam nostram specialiter deputatus Salutem et charitatem in domino sempiternas. Literas eiusdem Reuerendissimi in Christo patris domini Legati, eius vero sigillo oblongo cerae rubeae glaucae impressas, cum chordulis rubeis more suo solito sigillatas, sanas et integras non vitiatas, non cancellatas, nec aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes, dudum nobis praesentatas, reuerenter, vt decuit, recepisse noueritis, huiusmodi sub tenore. Nicolavs miseratione diuina tt. Sancti petri ad Vincula, sacrosanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis, Apostolicae sedis per Alemanniam Legatus, Vniuersis et singulis Reuerendissimis ac Reuerendis patribus, et venerabilibus viris, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Praepositis, Plebanis, Viceplebanis, Curatis et non Curatis, Presbyteris et Clericis, tam Regularibus quam secularibus per Alemanniam vbilibet constitutis, Salutem in domino sempiternam.

Hoc maxime ad nostrum scimus spectare officium, quod omnia quae quouis modo puritatem Orthodoxae fidei, etiam sub quacunque specie religionis offendere possent, diligentissima cura eradiceamus, cum eius summi Pontificis, licet immeriti, vices agamus, qui a Deo principaliter custos fidei extat deputatus. Sane multis probatissimorum virorum relationibus, et visibili experientia comprobauimus, fideles ad multa loca nostrae legationi subiecta concurrere ad adorandum Christi Dei nostri preciosum cruorem quem in nonnullis transformatis hostijs speciem rubedinis habere arbitrantur. Attestantur autem verbis suis, quibus communiter talem rubedinem, Christi cruorem nominant, se sic credere et adorare, et quia Sacerdotes, qui ob pecuniarum quaestum, ista non solum fieri permittunt, sed etiam, vt sic credant et adorent, per miraculorum publicationem, populum alliciunt et sollicitant. Nos igitur, qui rem tam perniciosam, et nostrae fidei contrariam, sine Dei maxima offensa sub silentio pertransire non possumus, cum corpus Christi glorificatum, sanguinem glorificatum in venis glorificatis penitus inuisibilem habere, Catholica fides nos instruat. Ad tollendam omnem occasionem, per quam simplex vulgus taliter seducitur, praesentium tenore, autoritate qua fungimur, statuimus et ordinamus, quod, vbicunque tales hostiae transformatae reperiuntur, per omnes prouincias Alemanniae, nostrae legationi subiectas, statim postquam ad noticiam sacerdotum, qui locis illis praefuerint, haec nostra ordinatio perducta fuerit, ab vltiore publica ostensione transformatarum hostiarum penitus cessent, et nequaquam amplius palam populo miracula publicent, aut signa plumbea ad instar transformatarum hostiarum fieri permittant, sed ipsas transformatas hostias potius per sacerdotem celebrantem sumi in communionem praecipiant, quam sacratissimam Eucharistiam in spiritualem refectionem nobis diuino munere datam, per specierum corruptionem desinere permittant. Omnem autem locum, in quo post monitionem ab ostensione hostiae transformatae cessatum non fuerit, eo ipso, quod ter ipsa prohibita ostensio continuatur, ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc, strictissimo supponimus interdicto, quousque Archiepiscopus prouinciae loci illius, vbi inhibita ostensio praesumpta fuerit, habita certitudine de obediendo huic nostrae ordinationi, huiusmodi interdictum duxerit amouendum. Volentes, quod ostensores ipsi post nostram eis insinuatam ordinationem, ab omni officio, quousque ab Archiepiscopo absoluti fuerint, suspensi existant. Pariformiter et sub eadem interdicti latae sententiae poena statuimus et mandamus, omnes tales imagines et picturas ab oculis simplicis vulgi amoueri, ad quas propter figuram visibilem, in suis adorationibus vulgus ipsum, specialius recurrit, et per publicum concursum in figura ipsa se salutem quaerere, verbo aut signo ostendit. Quocirca vobis omnibus et singulis Reuerendissimis dominis Archiepiscopis praefatis praecipimus, vt omnibus vestris suffraganeis hanc nostram ordinationem siue statutum huiusmodi quantocyus infinuetis, et per prouincias vestras publicari mandetis, vt ad omnium noticiam deducatur, faciatisque eam ab omni-

bus inuolabiliter obseruari. Datum in Halberstadt sub nostro sigillo, die Lunae, quinta mensis Julij, Anno a natiuitate Domini Millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo primo, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et Domini, Domini Nicolai, diuina prouidentia Papae quinti, Anno V.

Quas quidem domini Legati literas praeinfertas ac transfumptas, nec non omnia et singula in eis contenta, sub poenis in eisdem expressis, inter alia Reuerendo in Christo Patri domino Conrado Episcopo, venerabilibusque et religiosis uiris dominis Gerardo praeposito, Henrico priori, caeterisque Canonicis et Capitulo Ecclesiae Huelbergensis, pro se et Clero eorum, per certum cursorem et nuncium iuratum debite fecimus praefentari, intimari, publicari, et notificari.

Verum, quia in dicta Dioecesi Huelbergensi, inter alias est Ecclesia Parochialis oppidi Vuilsnack, dicto domino Episcopo Huelbergensi et eius mensae, ut ipse praetendit, incorporata, ad quam singularis et maximus populi adorandi ibidem Domini nostri Jesu Christi preciosum cruorem, quem in nonnullis hostijs, ut dicitur, transformatis, sub specie rubedinis ibi habere arbitrantur, est concursus, sitque dicti domini Legati literis expresse cautum et mandatum, quod ubicunque tales hostiae reperiantur, post praefentationem earundem, debeant per sacerdotem celebrantem in communionem sumi, et de caetero publice non ostendi, nec miracula inde populo publicari, aut signa plumbea ad instar hostiarum huiusmodi inde fieri permitti: alioquin omnem locum, in quo de post ab huiusmodi ostensione hostiarum cessatum non foret, eo ipso, quod ter ipsa prohibita ostensio continuata foret, ex tunc strictissimo Ecclesiastico suppositum interdicto, et ostensores ipsos ab omni Ecclesiastico officio esse suspensos, prout in dictis domini Legati literis latius continetur et habetur. Nihilominus tamen, prout multorum etiam fide dignorum relatione percepimus, post publicationem, insinuationem et notificationem literarum praedictarum in memorato loco Vuilsnack ab huiusmodi ostensione hostiarum, non est cessatum, sed ipsa prohibita ostensio etiam plus quam ter continuata ac temere dictis domini Legati ac nostris literis per dominum Petrum Francken Rectorem dictae Ecclesiae parochialis in Vuilsnack, et Nicolaum Witten Capellanum, ac alios Capellanos dictae Ecclesiae temere contrauentum, in magnum sedis Apostolicae ac Legati eiusdem praediudicium, statutorumque et ordinationum praedictarum contemptum, ac in animarum suarum periculum non mediore.

Nos vero Fridericus Archiepiscopus, Primas et Executor praedictus, cupientes dicti domini Legati literas, et in eis contenta, per prouinciam nostram vbilibet inuolabiliter obseruari, et transgressores huiusmodi debita proinde animaduersione punire, productis primitus coram nobis nonnullis testibus fide dignis ad informandum animum nostrum de et super non tuto accessu ad dictum oppidum Vuilsnack, et eius Ecclesiam Parochialem, ipsisque testibus in forma iuris receptis, iuratis et diligenter examinatis, Et quia per diligentem informationem testium praedictorum reperimus, ad praefatum locum Vuilsnack et eius Ecclesiam, accitandorum huiusmodi hospitia seu domicilia, pro huiusmodi executione fienda, tutum non patere accessum: Idcirco autoritate nostra praedicta per hoc praefens publicum Edictum in nostrae Magdeburgensis ac Halberstadtensis Ecclesiarum Cathedralium, nec non Ecclesiae parochialis oppidi Werben Halberstadtensis Dioecesis portis seu valuis per quemcunque Notarium publicum ad hoc requisitum, affigendum et publicandum, dictos dominos Petrum Francken Plebanum, Nicolaum Witten Capellanum ac alios Concapellanos praedictos, omnesque alios et singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes, tenore praesentium peremptorie sic citamus et requirimus, quatenus vicesimo die post executionem et affixionem praesentium, si iuridica fuerit, alioquin prima die iuridica extunc immediate sequente, coram nobis Calvis in curia habitationis nostrae hora Vesperarum compareant in iudicio legitime coram nobis, ad docendum, se praefati Domini Legati ac nostris literis huiusmodi realiter et cum effectu paruiffe, seu ad videndum et audiendum produci, recipi et ad iurandum admitti nonnullos testes de et

super dicta trina prohibita continuata ostensione, et praedictarum Domini Legati ac nostrarum literarum transgressione, ac ad videndum et audiendum, locum ipsum Wilsnack ob id strictissimo Ecclesiastico interdicto suppositum fore, ac ipsos ostensores praedictos ab omni officio Ecclesiastico suspensos fore declarari, et vt tales publice denunciari, mandari, vel ad dicendum, et causas si quas habeant rationabiles, quare praemissa fieri non debeant, allegandum, nec non sub eisdem modo, forma, poenis moneatis et requiratis praefatum Dominum Conradum Episcopum Havelbergensem, quem et nos praesentibus sic requirimus et monemus, quatenus adhuc infra duodecim dierum spacium executioni et affixioni praesentium proximum, quem terminum sibi pro peremptorio termino, monitione Canonica, praefigimus et assignamus sub interdicti ingressus Ecclesiae, alioquin illis elapsis, infra alios duodecim dies sub suspensionis ab officio: sin autem illis elapsis adhuc infra alios XII. dies extunc immediate et successue sequentes, sub excommunicationis poenis praefati domini Legati et nostrarum literas ac omnia et singula in eis contenta, ab vniuersis et singulis Presbyteris, Clericis, Curatis et non Curatis, caeterisque clero et populo per dioecesim suam vbilibet, et signanter in loco Wilsnack constitutis, ipsas literas sub poenis in eis contentis, mandet et faciat inuiolabiliter obseruari. Alioquin citetis eundem, quem et nos praesentibus sic citamus, quatenus prima die iuridica post lapsum dierum triginta sex dierum proxima, coram nobis Calvis in curia habitationis nostrae hora Vesperarum compareat in Iudicio legitime coram nobis, ad docendum se dictis Domini legati ac nostrarum literis realiter et cum effectu paruisset, alioquin ad videndum et audiendum se dictas poenas incidisse declarari, et vt talem publice denunciari, mandari, vel ad dicendum et causas rationabiles si quas habet, quare praemissa fieri non debeant, allegandum: Certificantes nihilominus dictum Dominum Conradum Episcopum, nec non Dominum Petrum Francken Plebanum in Wilsnack, ac alios supra dictos, quod siue in dictis ipsis praefixis terminis comparuerint, siue non, nos nihilominus, prout de iure fuerit procedendum in negotio huiusmodi, ipsis alijs minime quam in valuis Maioris Ecclesiae nostrae Magdeburgensis praedictae citatis, etiam ad eorum declarationem et alias poenas procedemus, citatorum ipsorum contumacia seu absentia in aliquo non obstante. Loca autem valuarum seu portarum Ecclesiarum praedictarum tanquam publica et idonea ad huiusmodi nostram citationem exequendam et publicandam, ad instar edictorum publicorum, quae olim in Albo praetorio scribebantur, duximus eligenda, quae praesentem nostram citationem suo quasi sonoro praeconio et patulo indicio publicabunt, in quibus huiusmodi nostram citationem decreuimus et decernimus publicandam, ne praenominati citati de praemissis ignorantiam aliquo modo praetendere valeant seu allegare, cum non sit verisimile, apud ipsos remanere incognitum, quod tam patenter et notorie extat publicatum. Volentes nihilominus et autoritate nostra decernentes, quod haec praesens nostra citatio modo praemissa executa et publicata, dictos citatos taliter arceat et astringat, ac perinde valeat, ac si in proprijs personis citati essent, et praesens huiusmodi nostra citatio eorum cuilibet fuisset intimata et publicata. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum, praesentes nostras literas exinde fieri, et per Notarium publicum nostrum infra scriptum subscribi et publicari mandauimus, nostrisque sigilli iussimus et fecimus appensione communiti. Datum et actum in curia nostra Calvis, sub Anno a Natiuitate Millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo secundo, Iudictione quinta decima, die vero Sabbati octaua mensis Ianuarij, pontificatus sanctissimi in Christo patris et Domini nostri, domini Nicolai diuina prouidentia papae Quinti anno eius quinto, praesentibus ibidem honorabilibus viris, dominis Johanne Grone et Johanne Smedt clericis Hildeshemensis ciuitatis, et moguntinensis dioecesis testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Bernardus Beker clericus Osnaburgensis Dioecesis publicus Apostolica et imperiali auctoritatibus Notarius: Quia praesenti processui et censuris in eodem contentis, decreto ac fulminationi,

omnibusque alijs et singulis praemissis, dum sic vt praefertur, per praefatum Reuerendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Fridericum Archiepiscopum, primatem et Executorem, ac coram eo fierent et agerentur, vna cum praenominatis testibus interfui, eaque sic fieri vidi et audiui: Ideo praefens publicum Instrumentum manu alterius fideliter conscriptum exinde confeci, subscripsi, et in hanc publicam formam redegi, signoque, quo autoritate Apostolica praedicta vtor, et nomine meis solitis et conuetis, vna cum eiusdem domini Episcopi, primatis et Executoris appensione sigilli signavi et communiui, Rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum.

Radh Lüdffe.

XVIII. Pabst Nicolaus V. hebt die Excommunication des Bischofs von Havelberg und des Erzbischofes von Magdeburg wegen der Wilsnacker Streitigkeiten auf und beauftragt drei Commissarien dem Erzbischofe Genugthuung zu verschaffen, im Jahre 1453.

Nicolaus Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus Misnensi et Merseburgensi Episcopis, ac dilecto filio Praeposito Sanctorum Simonis et Judae Goslariensi, Hildesemensis dioeceseos, salutem et Apostolicam benedictionem. — Sane dudum postquam nos Rectori Parochialis Ecclesiae, in Wilsnack Havelbergenfis dioeceseos pro tempore existenti, certis tunc pervasionibus moti concesseramus, quod in eadem Ecclesia, in qua tres hostiae transformatae conservari dicebantur, pro incremento devotionis fidelium ad eam concurrentium apud dictas hostias sive locum, ubi illas condecoranter reponi contigerit, alia consecrata hostia in vasa vel Crystallo congruenti, quotiens ipsi Rectori videretur, poni et fidelibus ipsis ostendi valeret, et postmodum dilectus filius noster Nicolaus t. t. S. Petri ad vincula Presbyter Cardinalis, tunc noster et Apostolicae sedis in illis partibus legatus, inter alia statuerat et ordinaverat, quod ubicunqve tales transformatae hostiae reperirentur, per omnes provincias legationis suae statim postquam statutum et ordinatio hujusmodi ad notitiam Sacerdotum, qui illis locis praeesent, deducta forent, ab ulteriori publica ostensione transformatarum hostiarum hujusmodi penitus cessarent, diversis censuris et poenis in secus facientes et eorum loca adjectis, inter venerabiles fratres nostros, Fridericum Archiepiscopum Magdeburg, qui in sua Provincia statuti et ordinationis hujusmodi executioni per dictum Cardinalem, tunc Legatum, deputatus erat, et Conradum Episcopum Havelberg, ex eo, quod idem Archiepiscopus statutum et ordinationem praedicta exequendo praefatas transformatas hostias in dicta parochiali Ecclesia ut dicitur conservatas sub poenis et censuris praedictis de cetero ostendi prohibuerat, ipsaqve statutum et ordinationem observari mandaverat, nec non praedictus Episcopus, cujus Episcopali mensae dicta parochialis Ecclesia perpetuo unita et annexa fore asseritur, executioni et mandato hujusmodi se opposuerat, orta exitit materia quaestionis, ex qua tandem vt intelleximus ad hoc devenitum fuit, quod Archiepiscopus praefatum Episcopum excommunicationis sententiam et alias poenas in dictis statuto et ordinatione contentas incidisse, et praefatam Ecclesiam parochialem Ecclesiastico interdico suppositam fore declaravit. Ex adverso vero idem Episcopus, asserens per praemissa sibi ab ipso Archiepiscopo graves fuisse injurias irrogatas, super hoc petendo Archiepiscopum ipsum compelli ac condemnari ad praestandam sibi satisfactionem debitam ratione injuriarum hujusmodi coram dilecto filio Theoderico Steckow Praeposito Ecclesiae Brandenburgensis, Conservatore, ut dicebat praefatus Episcopus, contra inferentes sibi in bonis ac rebus et juribus suis molestias vel jacturas, per literas

dictae sedis deputato, praetextu literarum hujusmodi et contra eundem Archiepiscopum procedendo in eum, ac etiam dilectus filius Johannes Eykendorp, Praepositus Ecclesiae S. Nicolai Stendaliens. Halberstad dioeceseos, cui dictus Praepositus Ecclesiae Brandenburg. sub certa forma super hoc commiserat vices suas, in nonnullos adhaerentes praedicto Archiepiscopo et sibi subditos diversos, et tandem excommunicationis sententias promulgavit, ac Archiepiscopus Parochialem Ecclesiam interdictam et Episcopum excommunicatum ac praepositi praedicti Archiepiscopum et adhaerentes ac subditos praefatos excommunicatos fecerunt publice nuntiari. Vnde in partibus illis gravibus subortis scandalis, etiam quidam, a quorum oculis timor Dei penitus abcessit, in favorem praefati Episcopi, vel sub colore vindicandi sibi, ut asserbant, irrogatas injurias, in nonnullos subditos ipsius Archiepiscopi hostiliter irruentes, quam plures ex eisdem subditis, bobus, jumentis, eqvis et aliis rebus et bonis spoliarunt, et illa in praedam abduxerunt. Nos igitur prout ex debito nobis incumbit officii nostri, ne scandala hujusmodi in deteriora serpent, super praemissis remedio oportuno, per quod revocatis in irritum, quae de facto gesta fuere, et via facti partibus ipsis et hinc inde eorum fautoribus praeccludatur et praemissa questionis materia cum aliis, quae ex illa emerferunt, causis, postquam super certis negotiis causas hujusmodi contingentibus et de quibus adhuc amplius certiorari desideramus, certificationem hujusmodi receperimus, debito ministerio justitiae sepiantur, providere volentes, processum per praedictos Praepositos adversus dictos Archiepiscopum et sibi adhaerentes, ac clerum eidem subjectum propterea habitum cum inde secutis nullum et irritum fore ac sententias per eos in eisdem Archiepiscopum ac subditos et adhaerentes latas, eos et alios quoscunque minime arctare Apostolica auctoritate decernimus ac etiam declaramus, nec non quicquid per eundem Archiepiscopum contra dictum Episcopum Havelberg quoad censuras, quas ipsum incidisse declaravit et interdictum hujusmodi, quo praefatam parochialem Ecclesiam supposuit, gestum et factum extitit, etiam pro infecto haberi volentes quascunque causas, quas Archiepiscopus et sibi adhaerentes ac subditi sui contra Episcopum ac Praepositos praedictos, nec non vice versa Episcopus seu sui praedicti sibi quae adhaerentes eisdem Archiepiscopo adhaerentibus et subditis praemissorum occasione movent seu movere intendunt, ac etiam quascunque causas appellationum per partes ipsas hinc inde ad sedem praedictam interjectarum, ex quibusvis commissionibus nostris coram quibuscunque iudicibus in dicta curia pendentes, quarum etiam statum praesentibus haberi nolumus pro expresso, Harum serie usque ad beneplacitum nostrum dicta auctoritate suspendimus, ut certioratione praedicta per nos recepta partibus ipsis breve in praemissis ministrari possit justitiae complementum, et nihilominus eisdem partibus ac omnibus aliis eorundem fautoribus, adhaerentibus et subjectis, cujuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis, etiam si Pontificali, aut alia quovis Ecclesiastica vel mundana dignitate praefulgeant, districtius inhibemus, ne quis eorum alterum excommunicatum facere, denunciari aut etiam adversus alterum quicquam praemissorum occasione via facti attentare praesumant, statuentes, quod quisquis ex eis post publicationem praesentium in Magdeburgensi, Halberstadeni et Merseburgensi Ecclesiis faciendam, quicquam via facti per quaecunque diffidationes, depraedationes, incendia aut alias invasiones attentaverit, excommunicationis sententiam, a qua ab alio quam Romano Pontifice praeterquam in mortis articulo constitutus, et idonea cautione ac debita satisfactione praestanda praevia, absolvi non possit, incurrat ipso facto. Praeterea Volentes, quod despoliationibus et depraedationibus et aliis damnis dictis Archiepiscopo et ejus subditis irrogatis, debita per eos quos id contingit, fiat satisfactio, et praesens nostra inhibito debita executionis praesidio adjuvetur, discretionem vestrae dicta et Apostolica auctoritate committimus et mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos aut alium aut alios praesentes literas dictis partibus hinc inde et aliis quos id contingit solenniter publicantes, postquam vobis de spoliis et depraedatione et aliis damnis hujusmodi et per quos illa irrogata fuerint, legitime contiterit, spoliatores et depraedatores ipsos

ac alios quos id concernit ad praestandam Archiepiscopo et subditis debitam satisfactionem hujusmodi nostra auctoritate per censuram Ecclesiasticam et alla juris remedia, monitione praeuia, appellatione postposita compellatis. Et nihilominus omnes et singulos, quos inhibitionis nostrae hujusmodi poenam incurrisse vobis legitime constiterit, illos poena hujusmodi irretitos fore declaretis et denunciatis et ab aliis denunciari, et ab omnibus arctius vitari faciatis, donec debita satisfactione praeuia ab ea absolutio- nis beneficium hujusmodi meruerint obtinere, quoslibet etiam contradictores et rebelles simili censura compescendo. Et nihilominus legitimis per vos super his habendis servatis processibus, illos quotiens expedierit aggravare curetis, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Ceterum si vobis per summariam informationem legitime constiterit, quod praemissorum occasione per vos monendorum et citandorum praesentia pro hujusmodi citationibus et monitionibus faciendis tute et secure haberi ne- queat, nos vobis citationes et monitiones per edictum publicum locis affigendum vicinis et publicis, de quibus sit verisimilis coniectura, quod ad citandorum et monendorum hujusmodi notitiam pervenire va- leant faciendi plenam concedimus auctoritate praedicta tenore praesentium facultatem volentes et decer- nentes, quod hujusmodi sic factae citationes et monitiones ipsos sic citatos et monitos perinde arctent ac si de eis personaliter et praesentialiter factae forent, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri illis praesertim, quibus cavetur, ne quis extra suam civitatem et dioe- cesin, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dictam a sine suae dioeceseos evocetur; seu ne iudices extra suam civitatem et dioecesein, in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere, aut aliis vices suas committere praesumant, ac de duabus diocesis in concilio generali editis et aliis Apo- stolicis constitutionibus contrariis quibuscunque, Aut si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari aut ultra vel extra certa loca ad iudicium evo- cari non possit per literas Apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae M. CCCCLIII. IV Idus Martii, Pontificatus nostri anno VII.

Nach Olearii Magdeburgischem Copialbuche, Manuscript vol. 2. p. 374.

XIX. Vertrag Ciriaci Ror und Hennings Windelbaud mit dem Bischof Conrad von Ha-
velberg und der Stadt Wilznack, vom Jahr 1455.

Wi Ciriacus Ror vnde Henningh windelbaud, anders ghenomet wisschernupp, Bekennen vnde betugen apenbar in duffzen briue vor alfweme, dat wy myt vulbord, rade vnde willen henningh vnde Claus brudere, beyde gheheyten de windelbaude, in eren twier iegenwardicheyt vnsz myt vnnfzem gnedigen heren von havelberge, Biffchopp Conrad, myt dem Rade, ghilden vnde den meynen borg- hern tor wilznack vmme fodane sake, vnwillen vnde twidracht, de wy hadden vmme vnnfzes frundes willen, kone windelbaud Seliger, ghentzlick in fruntseapp wol verdraghen hebben, so dat dar vnder vnnfz allen sament ewighe sohne gheschyn is jn sodaner wise, dat wy, effte ymand in vnnfzerm ghe- flechte, frund effte fromde, ghebaren effte vngebaren, in tokamen tiiden dar vorder ypp faken scholen effte manen, des wy vorfereuen Ciriacus vnde henigh den gnanten ghenedigen vnnfzen heren, heren Conrad biffchopp to havelberghe, deme Rade, ghilden vnde meynen borghern tor wilznack eyn recht ghewere wesen willen vor alfweme. Ouer duffze selue verdracht, enninghe vnde sohne sint gheweszen de werdighe here Gherd Rodeuos, prouest to havelberge, Diderik van Quitzow vnde Diderick veelrog-

ghe vnde vele ander frome lude, de iodane verdracht hebben alle mede dedinghet, gehandelt vnde behort. Des to groter bekantnisse hebbe wy vorseuen Ciriacus Ror vnde henningh windelbaud, anders ghenomet wischerupp, beyde sakeweldich, vnde wy Diderick von Quitzow vnde Diderick veelrogge vorseuen, vmme bede wille der gnanten Ciriacus vnde henningh vorseuen, tofamen alle viere vnnze Ingheseghele wilik myt vulbort vnde willen laten hanghen an duiffen briff. Geuen na christi ghehort Duzent virhundert iar darna in deme viiff vnde viiftigsten iare des middewekes na Sente Johannis baptisten daghe.

Nach dem Original. Von den 4 daran hangenden Siegeln ist das des Cyriacus Ror, Henning Windelbaud und Dietrich Vielroggen ziemlich gut erhalten; das des Dietrich v. Quisow ist verstümmelt.

XX. Vereinigungsbrief des Raths zu Waren zwischen den Vorstehern unsrer lieben Frauen-Gezeite daselbst und einigen Bürgern zu Wilsnack, wegen Streitigkeiten über gewisse zur genannten geistlichen Stiftung gehörige Einkünfte, vom Jahr 1455.

Wy Borgermestere vnde Radmanne to Warne bekennen vnde betughen apenbar in dessene vnser brieue, dat vor vns synt gewesen de Erliken heren Er Tymme brun, Er Boldewan restt, vicarien to waren, Gercke bressin, Radman, Curd brand, Borgere, wonastlich to warne, vorstendere vnser leuen vrouwen tyden darfuluest, dat desse vorseuen hebben vor vns bekant, dat de sake, de dar hangede to Postke, tweffchen de Inwanere to der wylfnak, also hinrik kremer, Johannes garleppe, marcus kremer, Hinricus golibeke, Manstorp vnde Bernardus remflegher vnde vnse vorstendere vnser leuen vrouwen tyde to warne vorseuen van den vestich guldenen, de Elsebe manffeldes zeliger dachtniffche geueu hadde to vnser leuen vrouwen tyde, se dar vruntliken mude vloghen vnd entlic dedinghet synt up druttich guldene, dar se wol mede to vrede synt vnde vordreghen hebben vnde vordreghen in macht desses breues den vorseuen Inwanren to der welsnak vnde borghen alle manenghe vnde laten se quid vnde lofz van der wegen, vnde wy Borgermestere vnde Radmanne vnde vorstendere vnser leuen vrouwen tyden vorseuen wy met em, se myt vns, vnde numment van vnser weggen dar mer schal upfaken edder manen. Des to tuge so hebbe wy Borgermestere vnde Radmanne to Warne vnser Stad Secret hengen heten vor dessen apen bressin, de gegenen vnde sereuen js na gades bord Dufent Jar verhunder jar darna in deme vyff vnde vestigsten Jare Des Donredaghes nach Sente Johannis Baptiste dage.

Nach dem Original.

XXI. Georg Schutte, Pfarrer zu Borstal, gründet für das Heil seiner Seele einen Altar in der Capelle Saluatoris zu Wilsnack, im Jahre 1462.

Georgius schutte plebanus In Borstal Halbirstadtensis dioecesis publice protestor per presentes, Quod ad augmentandum cultum diuinum ob salutem anime mee et parentum meorum quoddam altare In Cappella saluatoris in Ciuitate opidi Wilsnack Huelbergensis dioecesis In honorem omnipotentis

dei, Sancte marie magdalene et sancti erasmi episcopi et martini consecrandum fundavi ac de consensu honorabilis viri domini Johannis Boding ibidem curati, tenore presentium ordinavi et ordino meliori modo et forma, quibus potero, cum certa summa pecuniarum videlicet vna marca stendaliensis warandie pro triginta florenis renensibus sub reemptione In et super curia et mansi cuiusdam validi Jacob Boffow in villa valkenberg annuatim soluendis, ut in litera desuper confecta clarius continetur comparata, jus patronatus siue presentandi Consulibus opidi praedicti Wilsnack pro tempore existentibus quotiens et quodocunque vacare contingeret assigno ac pleno Jure committo perpetue observandum vicarius eciam hujus altaris pro tempore existens omni dominico die nisi festum sanctorum impediatur vel dominica privilegiata de sancto Erasmo celebrare debeat vel suffragium in missa de eo habeat. In testimonium premissorum Sigillum meum presentibus duxi appendendum presentibus honorabilibus ac discretis viris domino petro Holthusen seniore, petro holthusen Juniore perpetuis vicariis ac wernero schartow presbitero ecclesie sancti Nicolai stendaliensis diocesis ac aliis fide dignis Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo ipso die Sancti Laurentii-martiris.

Nach dem Original.

XXII. Die Schützengilde in Wilsnack stiftet und dotirt einen Altar in der Pfarrkirche daselbst, im Jahre 1465.

Wy Radtmanne vnde Ghildemestere der Schuttenghilde tor Wilsnack Bekennen vnde betughen apenbare in dessem vnseme apenen breue, vor vnz, vnze nakamere vnde suzt vor alsweme: Dat wy in guder eyndracht tom denste godes hebben gestichtiget vnde in krafft des ses breues iegenwardich sichten med volbort vnnes perners eyn Altare in der kereken tor wilsnack in de ehre vnser leuen frouwen, Sancti Sebastiani, sancti Cristofori, der Teyndusent Ritters vnde sancte vrsule und erer selscop. Tu demesuluen Altare geuen wy vnde vereyneghen Sostich Schock Stendalscher weringe, dar wy mede na rade vnde willen vnnes gnedigen herren, herren wedigen, Bisscop to haelberge hebben gekofft alle iar Achte Brandenburgische punt effte vier Schock wanlicker munte gheue vnde gheue in der marke to Brandenburg iarlicker renthe bynnen vnnsen bleke to eneme wedderkope, vnde ick Gerardus stenberch, priester perner nu tor tiid tor wilsnack, gheue vnnde bestedige to deme suluen Altare vnne myner vnde myner olderen sylen salicheit twe schock renten stendelscher werunghe in deme dorpe to Abendorp vppe deme acker, geheten de inlage, welkere inlage ick hebbe gekofft mid witscop vnnes gnedigen heren van haelberge to eneme ewigen kope van deme duchtigen Eggerd widowe, Borghere to Sehufen, nach inholdinge fines vorsegelden breues vor vertich rinsche gulden. Ock geue ick dar to ene houe mid allen erer toboehoringe, belegen vppe deme velde tor wilsnack ghekoft van Eggerd eggerdes, vor vesteyn schock wanlicker munte. Ock geue ik darto enen bewrachten vnde betuneden hoff, belegen vp der suluen houe, den ik gekofft hebbe vor twe schock. Ock noch furder geue ik darto myn hufz, dar ick nu ynne wane, dat sikk des de vicarius na myneme dode mach bruken vnde dat bewanen, men dewile ick leue wil ick dat sulues beholden. In dessem vorsechreuen veer schocken, wan de rente gantz effte eyn deyl worde affgekofft, scholen wy, vnnsze nakamere vnde de vicarius des ses altares mid vulbort vnde witscopp des perners tor wilsnack med deme Summen ander renthe wedderkopen tho nuth vnnde tho framen des altaris vnde vicariesz, so vake des behuff vnnde not is. De vicarius des ses altaris secal alle tiid vppe dat altar suluen warden vnnde by-

